



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. XXII. Ordo Eremitarum S. Hieronymi, & alter Ordo seu Congregatio  
Fesulana Mendicantium S. Hieronymi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

litate ingressus, & ex concessu Sedis Apostolicæ sacerdotali caractere insignitus fuerit, ad ordinis officia ægrè promouetur. Pergunt circa mediam noctem ad Chorum, in quo tamen nunquam canunt, sed pro matutinis, & alijs horis canonicis alias preces, ac sp̄ rituales meditationes quisque per se habet. Exercentur circa infirmorum visitationem, & diuersa alia officia, atque opera manualia ad vitandum otium: qualia sunt hortorum quos habent amplos, & bene dispositos, cultura, aquarum ex herbis, floribus alijsque rebus varia distillatio & expressio, fenestrarum vitrearum reparatio, nec non alia similia artis & corporis exercitia quàm plurima, quibus etiam suis necessitatibus subueniunt. Reguntur omnes à suo Generali, & singula monasteria à Prioribus gubernantur.

## CAPVT XXII.

*Ordo Eremitarum S. Hieronymi, & alter ordo seu Congregatio Fesulana Mendicantium S. Hieronymi.*

**O**RDO Eremitarum sancti Hieronymi an. 1380. à B. Petro Gambacurta Pisano institutus,

tutus, in Italia potissimum floret. Habet Romæ Conuentum ad S. Onuphrium, in Trau-  
tiberina regione.

Congregatio Fesulana fratrum Mendicantium S. Hieronymi instituta fuit an. 1386. à *Carolo*, filio Antonij Comitis Montis Graueli, diœcesis Sarinenfis. Illam anno 1400 Innocentius VII. & postea Gregorius XII. itemq; Eugenius IV. an. 1441. approbarunt.

Obijt autem B. Carolus an. 1410. in basilica S. Mariæ Gratiarum sepultus.

Socios habuit *Redonem à Monte Grauello*, & *Gualterum Marsum*, cum quibus primam domum eremiticam construxit in ruinis vrbis Fesulanæ, haud procul à Florentia.

## CAPVT XXIII.

*Ordo sanctæ Brigittæ, seu S. Saluatoris, per S. Brigittam institutus.*

SANCTA Brigitta fuit ex Sueuis oriunda, Daniæ Regis filia, Neritiæ Princeps. Octo liberos habuisse dicitur, mâres quatuor, & feminas totidem. Marito vita functo, cum filia Catharina Ierosolymas profecta est; reuersaque Romam scripsit Gregorio Pontifici, qui in Gallia sedē habebat, Dei voluntatem esse, vt Romam rediret. Sederant  
autem